



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 11. Joachimi CAmerarii interitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI.
A.C. 1574.

§. XI.

Joachimi Camerarii interitus.

Ser. Sochnius narrat. de vita Joach. Camer. Bossuet. variat. tom. 2. p. 274.

Inter Theologos Protestantæ hanc ævum vivis ereptos celebrior erat Joachimus Camerarius in Franconia Bambergæ Germaniæ urbe Anno Domini millesimo quingentesimo die duodecima Aprilis ex nobilibus quidem, tenuis autem fortunæ parentibus natus. Hic vitam Philippi Melanctonis, quocum semper arctam amicitiam fovebat, posteris reliquit, ejusdemque Authoris epistolas ad nos transmisit: scripsit etiam Historiam Valdensium, ediditque ex diversis Diæcesibus Episcoporum Catalogum: hunc Scriptorem illustriores Principes sua benevolentia dignabantur, præcipue vero Carolus V., & Maximilianus II. Imperatores, nam Camerarius Norimbergæ, Tubingæ, & Lipsiæ non sine magno applausu publice literas tradidit, periit autem die decima septima Aprilis Anno restauratæ salutis millesimo quingentesimo septuagesimo quarto postquam septuagesimum quartum ætatis suæ annum unum cum septem diebus expleverat.

§. XII.

Aretius, & Westphalus mortui.

Post